



## Was wäre wenn?

### Videobeitrag Latein (1. Wettbewerbssprache)

In seinem Mythenlexikon beschäftigt sich der Autor Hygin auch mit dem berühmten Unterweltböser Sisyphus. Was wäre, wenn die „causa Sisyphi“ noch einmal neu aufgerollt und wenn Sisyphus vor ein Gericht in heutiger Zeit gestellt werden würde? Werde tätig: Schlüpfe in die Rolle eines Staatsanwaltes und stelle in deinem Videobeitrag auf der Basis des unten abgedruckten lateinischen Textes seine Vergehen und die darauf erfolgte Strafe detailliert **in deutscher Sprache** vor. Visualisiere dabei die Textaussagen mit geeignetem Bildmaterial. Integriere an geeigneter Stelle auch das Vorlesen der *kursiv gedruckten* Passage! Entscheide am Ende, ob du entweder als Staatsanwalt für eine Verurteilung plädierst oder als Verteidiger des Sisyphus auftrittst. Kläre dabei auch das aus deiner Sicht angemessene Strafmaß. Fünf Sätze (ca. 50 Wörter) in deinem Beitrag solltest du in lateinischer Sprache formulieren.

Die Nutzung von digitalen Hilfsmitteln und jede Art von KI zur Erstellung des Textes/sprachlichen Anteils deines Beitrages ist nicht erlaubt. Achte bitte darauf, dass dein Video nicht länger als drei Minuten ist.

### Sisyphus – der Prototyp eines Sünders?

Sisyphus, rex Corinthiorum, unus ex prudentissimis atque dolosissimis idemque ex improbissimis omnium mortalium fuisse dicitur. Superbia enim inductus vel deos laccessivit. Cum enim Mors, filia Erebi et Noctis, iussa esset Sisyphum in Tartarum deportare, ei contigit, ut Mortem vinceret et catenis vinciret.

Quo factum est, ut nemo mori posset, priusquam Mars Mortem e catenis liberavisset. *Sisyphus autem, cum ei ipsi moriendum esset, sibi proposuit, ut diutius luce frueretur. Itaque coniugi versute imperavit, ne inferias daret. Ipse autem, cum in Tartaro moraretur, a Plutone petebat, ut sibi liceret ad loca superiora redire coniugis de inferiis admonendae causa.*



Sisyphus Plutoni dixit se valde timere, ne uxor sua eas e memoria depositas teneret. Profecto Pluto precibus indulsit. Sisyphus vero in terram reversus rursus ad inferos descendere noluit, sed multos annos cum coniuge Corinthi vitam beatam agebat. Neque tamen finem impietatis fecit: nam quondam Iuppiter Aeginam, Asopi filiam, rapuerat, quod Sisyphus sciebat; cum ille Asopus Sisyphum rogavisset, num quid de Aegina filia sua sciret, is se omnia proditurum esse promisit, si Asopus aquam urbi Corintho comparavisset. Quam proditionem ei causam damnationis fuisse traditum est. Iuppiter Sisypho in Tartarum deportato laborem imposuit talem, ut omnibus viribus summaque contentione saxum in cacumen collis volveret. Quod cum ad summum verticem produxisset, rursus deorsum post se revolveretur.

*(nach Hygin, fabulae, 60 f., leicht verändert)*

**Angaben:**

<b>idemque:</b>	und zugleich
<b>vel:</b>	(hier) sogar
<b>versutus, a, um:</b>	listig
<b>inferiae, arum f.:</b>	Totenopfer
<b>e memoria depositum tenere:</b>	aus dem Gedächtnis verlieren, vergessen
<b>aquam comparare</b>	als Flussgott kann Asopus der Stadt Korinth, dessen Quelle versiegt war, wieder das zum Überleben notwendige Wasser verschaffen
<b>deorsum:</b>	nach unten, hinunter